DE S. DIEGO DE S. NICOLAS DEL PVERTO, O, DE ALCALA DE HENARES,

Del Orden de S. Franc. de la Oſeruancia.

Canonizacion hecha por Sixto V. a' 2. de Iulio.
Breuemente ſcrita del D. Franciſco Peña.
Relacion del Cardenal Marco Antonio Colona a 20. de Iunio.
Oration de Pompeo Arigone abogado Conſiſtorial y del Rey Catholico, a 25. de Iunio.
Reſpueſta de Antonio boccapadul, Secretario de ſu Santidad.
M. D. L XXXVIII.

En la Eſtampa de Franciſco Zannetto. 1588.
Con Priuilegio, y licentia de los Superiores.

CANONIZACION DE S. DIEGO DE S. NICOLAS DEL PVERTO, O, DE ALCALA DE HENARES

Del orden dela Obſeruancia.

Scrita del D. Franciſco Peña.

MVCHAS gracias y fauores ha recebido del Cielo la felice y glorioſa Eſpaña, per las quales ſe ſiente infinitamente obligada a Nr̃o Señor Dios: mas ninguna eſtima en mas, ni iuzga ſerle de maior importancia, que verſe toda via en toda edad y tiempo fauorecida dela diuina miſericordia con hombres ſanctos nacidos en ella, que exercitandoſe en todas virtudes y vida ſancta y pura, adquieren tanta dignidad y gracia, que vienen a merecer en la Catholica Romana Ygleſia el supremo grado de honrra y alabança, ſiendo Canonizados y propueſtos al pueblo Chriſtiano por exẽplos de ſanctidad, y por interceſſores delante de Dios, para todos a quellos que los inuocaren en ſus neceſſidades.

De a queſte numero es el glorioſo Confeſſor Fray Diego, el qual auiendo paſſado la carrera de eſta vida mortal, con gran perfection Chriſtiana,

M. ANTONII CARD. COLVMNÆ EPISCOPI PRAENESTINI

RELATIO

De vita, & miraculis B. F. DIDACI DE S. NICOLAO, FACTA CORAM S. D. N. SIXTO PAPA V. & Cardinalium Collegio, in Conſiſtorio ſecreto, die 20. Iunij, Anno M. D. LXXXVIII.

BEATISSIME PATER.

SVperioribus annis, & præſertim anno 1563 ab vniuerſa fere Hiſpania, vna cum ipſius Rege Philippo, & Carolo eius primogenito, humiliter ſupplicatum fuit (ſicut ex litteris & mandatis conſtat) ſanctæ memoriæ Pio Quarto, vt, ſtante celebri fama Fratris Didaci, Laici profeſſi Ordinis Minorum de Obſeruantia, quæ per centum & plures annos in toto illo Regno conſtantiſſima viguerat, ac vigebat, ac illius vitæ ſanctitate, pluribuſq. eius miraculis, vnde pro Sancto ab omnibus reputabatur, ac colebatur, vellet Sanctitas ſua committere, vt de ijs omnibus diligens informatio ſumeretur. Quæ ſi vera

 reper-

& merita Beati Didaci recuperaſſe cognouiſſet, ſicut dictum eſt, procurauit, & hodie ſupplicat, vt ad laudem omnipotentis Dei, totius Regni conſolationem, augmentum Catholicæ fidei, inter Sanctos referatur.

Præter hæc omnia, quæ retuli, quod mirum in modum Reuerendiſſimos Collegas meos ædificauit, & in ſententiam, quam modo dicam, concorditer adduxit, fuit, quod per centum & viginti tres annos ab obitu Beati Didaci, durat tanta erga illum totius illius gentis deuotio, tam frequenter illius opem apud Deum implorant, tot vigiliæ, tot ſacriſicia in eius cappella celebrantur, tot donaria illuſtriſſima ſoluendi voti cauſa in ea ponuntur, vt certe firmiter credendum ſit, non paſſurum fuiſſe Deum opt. max. vt per tot annos, qui memoriam hominum excedunt, gens illa Hiſpana deuotiſſima, & de Chriſtiana religione optime merita, Clerus, ac Prælati inſigni pietate & doctrina prædicti, ſic eſſent decepti, ac deluſi.

Pater Beatiſſime, ſanctitatem vitæ Beati Patris Didaci, fidei puritatem & integritatem, egregias virtutes, præclara & inſignia miracula optime probata inuenimus. Quare vnanimes in hanc ſententiam venimus, Sanctitatem veſtram ad vlteriora procedere, atque hunc beatum Virum, quæ ſua eſt feruens deuotio, in Sanctorum numerum referre merito poſſe. Nos tamen omnia correctioni, & iudicio Sanctitatis Veſtræ, & Sanctæ huius Sedis, ſubijcimus.

Non dubito, Beatiſſime Pater, me in multis in hac narratione defeciſſe: ſupplebunt optime Reuerendiſſimi

IN ROMA,
Per Franceſco Zannetti, in piazza
di Pietra.
M. D. L XXXVIII.
Con Priuilegio, e licentia de' Superiori.